



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXCLII. De Destructione territorii Sudowiae Meruniske.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Hartmannus C. de Heldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Pruss. Provinc.*

runt. Medio tempore quo hæc agerentur vir Deo devotus ^(a) Lestekinus Dux Cracoviensis, congregatis multis millibus virorum, ascendit in montem quendam, & ait: Quicumque formidolosus non est, ascendat ad me, ut hodie vindicemus injuriam crucifixi. Et ut breviter concludam, ipse sicut Gideon de multis militibus non nisi CCC. viros obtinuit, cum quibus certamini se dedit, & hostes de Dei misericordia, qui neminem deserit sperantem in se, viriliter est aggressus, & captivis Christianis primo liberatis, inimicos fidei percussit plagâ magnâ, sic quod de octingentis viris vix decem præsidio evaserunt.

ANIMADVERSIO.

(a) Matt. Strykowski ossoslevicius legit Lescelinus, & dicit esse Lescum Nigrum, Principem Poloniae.

CAP. CXCI.

De

Destructione territorii Sudoviæ

Meruniske.

FRATER Conradus Magister semper sollicitus circa destructionem infidelium, congregatâ magnâ potentia, exercitus equitum & peditum, intravit Sudoviæ territorium dictum Meruniskam, cum equitibus, aliis relictis ante introitum terræ prædictæ, & occidit dominos hujus territorii famosos XVIII. De alio populo promiscui sexus interfecit sexcentos & captivavit, & dictum territorium vastavit per incendium & rapinam.

CAP. CXCV.

De

Latrunculis.

Mira